

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Historia Zaringo Badensis**

**Schöpflin, Johann Daniel**

**Carolsruhae, 1766**

CCCCXCVIII. Duo bornii testimonia de matrimonio [...]


[urn:nbn:de:bsz:31-295134](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295134)

humanæ conditionis, commenda me humillime Principi & dic me paratum esse ad confirmandam vel rumpendam nuptialem quasi pactio-  
nem. 29 Januarii Anno 1593.

Nuptiæ filiæ erunt 22 Febr. venie-  
tis igitur pridie sub Vespera diei  
folis.

D. T.  
feruus & Amicus  
PISTORIUS.

Nobilissimo Viro Domino Carolo ab Bifelar Illust. March.  
Bad. Prouinciali Præfecto Domino & amico suo sin-  
gulariter colendo.



CCCCXCVIII.

DUO BORNII TESTIMONIA DE MATRIMONIO BA-  
DENSI INTER EDUARD. FORT. ET MARIAM AB EICKEN  
A. 1593. CELEBRATO.

A N N O M D X C I I I .

*Ex autographo.*

**E**go FRANCISCUS BORNIIUS à MADRIGAL S. S. Theologiæ  
Doctor Illustrissimi Principis & Marchionis Badensis Eduardi For-  
tunati &c. Ecclesiastes atque Consiliarius, nec non Præpositus Baden-


U 3



sis, præsentibus fateor, Illustrissimum Principem Eduardum Fortunatum, Marchionem Badensem & Hachbergensem, Comitem Sponheimensem atque Ebersteinensem, Dominum in Lohr & Mahlberg &c. & nobilem generosamque Dominam Mariam ab Eichen &c. juxta Ecclesiæ Catholicæ ritum, coram nobili Domino Reichardo Roardo a Nuenstain, Marschalco Marchionatus Badensis & præfecto in Lohr, Magnifico & nobili Domino Johanne Afchmanno J. U. Doctore & Cancellario itemque Procancellario Alexandro Hæmel J. U. Doctore & nobili Domino Simone Petro Luon supra citati Principis Consiliario &c. præmissis præmittendis legitime fuisse matrimonio junctos in aula arcis Badensis idque *decima quarta Maji anni 1593.* In quorum evidens Testimonium (quod a me exigebatur) has mea manu atque sigillo munitas patentesque litteras ut debui sic libenter impartiri volui,

FRANCISCUS BORNIVS à MADRIGAL

Theol. Doct. præpositus Badensis.



CCCCXCIX.

LITTERÆ CLEMENTIS P. M. QUIBUS EDUARDO  
FORTUNATO MARCH. BAD. NUNTIVM SVVM  
COMMENDAT.

ANNO MDXCIV.

*Ex Archetypis Brevium ad Principes Clementis PP. VIII. Tom. 48. pag. 166.*

**D**ilecto filio Nobili Viro Edoardo Fortunato Marchioni Badensi CLEMENS PP. VIII. Dilecte fili nobilis Vir salutem & Apostolicam